

# PROSOPO; GRAPHIAE HE- ROVM ATQVE ILLV- STRIVM VIRORVM TOTIVS Germaniæ, PARS SECUNDA.

IN HAC PERSONARVM  
DESCRIPTIONE OMNIVM TAM ARMIS ET AV-  
TORATE, QUAM LITERIS & RELIGIONE TOTIUS GERMANIÆ CELEBRIUM UIORUM VITÆ  
& RES PRÆCLARE GESTÆ BONA FIDE REFERUNTUR, A CAROLO MAGNO PRIMO GERMA-  
NORUM IMPERATORE, ATQVE ANNO POST CHRISTI NATIUITATEM OCTINGENTESIMO,  
AD MAXIMILIANUM PRIMUM CÆSAREM, IPSUM QVÆ ANNUM  
CHRISTI MILLESIMUM QVINGENTESI-  
MUM USQ;

OPVS PLANE NOVVM ET VT I-  
LISSIMVM, EX OMNIVM FERE GENTIVM CHRO-  
NICIS, ANNALIBUS, & HISTORIJS MAGNA DILIGENTIA EXCEPTUM: ET UIUIS HEROUM IMAGINIBUS (QUAN-  
TUM FIERI POTUIT) PASSEM ILLUSTRATUM: ET NUNC PRIMUM IN PATRIÆ HONOREM IN LUCEM EDI-  
TUM. ITA QUOD INSTAR PERPETUÆ HISTORIAE GERMANORUM  
ESSE POSIT.

AUTHORE HEINRICO PANTALEONE PHYSICO  
BASILIENSIS.



BASILEAE, IN OFFICINA NICOLAI  
BRYLINGERI, ANNO 1565.

HEINRICVS PANTALEON ANNO

etatis 43.



M: SAMUEL HOLZACHIVS, BASILIENSIS ACADEMIAE  
professor Poetices, in clarissimi uiri Heinrici Pantaleonis præceptoris  
ris sui effigiem.

Pantaleonis in hac est uiuida imagine forma:  
Qui modò Germanis edidit istud opus.  
Qui canit historias omnes, quas Teutona tellus  
Tempus ad hoc tulit à tempore diluuij.  
Vertendis libris nulli manet usq; secundus:  
Ut patriam celebret laude decente suam.  
Nature interpres: medicos celeberrimus inter:  
Atq; inter uates nomina magna gerit.  
Germanos armis, studijs, pietate ualentibus  
Primus descripsit, gloria magna Dei.  
Hinc quoq; Pantaleon inter numeraberis illos,  
Hoc meritus rerum cognitione decus.  
Inuidus hinc liuor, uentosaq; lingua faceſſat:  
Atq; suus meritis attribuatur honos,

REVE  
PRINCIP

ANIELI ARCI  
man Imperij per C

LLVSTI

C DOMINO, D  
Brandenburgensi, Du  
Burgauio Norin  
nia Rhenenfis p  
Pantaleon



unus significauit, c  
disidenteis, uentre  
upartim testaceis in  
unarcarum cogni  
Prima erat aurea A  
Unguia unū annos  
nuntium Babel ædi  
torum Tuifco cur  
Ninus nepos confi  
foregibus, per ann  
solata permanxit, a  
Eratum summa o  
Murus conseruan  
sum constituti  
libaces Medo  
dicet, atq; Sar  
concret. Ab eo te  
opus annos pro li  
munt quicq; suis  
apice in Biblijs co  
Cum autem Balt  
glacris rebus abut  
aut, qui Babylonem  
archiam illam prima  
Romit haec secunda IV  
us, ad Darium ultim

HEINRICI PANTALEONIS DE VIRIS

anno salutis 1310.

guntinum Archiepiscopum constituere. Recusabat quidem id Petrus, atque Balduino petere pergebat. Verum prudens pontifex putabat æquum esse, ut tanta prudentia & doctrina ornatus, Medicus corporis & animæ designaretur. Id quod nostro tempore quibusdam nasutis hominibus displicuit, dum huiusmodi functiones contrarias somniarent. Itaque papa institit, atque Petrum tandem eō rededit ut consentiret. Cum ergo in Germaniam reuersus se Möguntiam contulisset, ab omnibus magna gratulatione suscepimus fuit. Eum honoris gradum per sedecim annos magna gloria obtinuit, & cuncta sedula in sua ditione administravit. Cum autem Imperij maiestas uacaret, atque ipse inter electores magna autoritate esset, effecit ut Heinricus septimus Lützelbergensis (cuius olim Medicus fuerat) Cæsar renunciaretur. huius etiam semper in rebus grauissimis consiliarius extitit. Postea eius filium Iohannem Bohemiæ regem coronauit, atque Möguntiam rediens, auream sellam à rege sibi oblatam attulit, & Ecclesiæ dono dedit. Heinrico autem defuncto Ludouicum quartum Cæsarem elegit, atque eius partes fortiter defendit. Tandem anno salutis humanæ millesimo trecentesimo uigesimo mortuus, in cathedrali Ecclesia Möguntinensi honorifice sepultus fuit. Anon. in Mögunt. Archiep.

VVLHLEMVS TELLVS HELVETICI FOEDERIS AVTHOR.

1312



**V**ilhelmus ille in Heluetia apud Vranienenses natus atque educatus fuit. Cum autem is insigni animi & corporis fortitudine esset prædictus, brevi apud suos magnam authoritatem adeptus est. Eodem tempore Romanum Imperium Heinricus septimus Lützelburgensis magna gloria administrabat. Is Heluetiorum interioribus pagis Vranienibus, Suitensibus, & Vnderualdensibus priuilegia antecessorum renouauit, atq; multis alij; immunitatibus uirtutis ergo ornauit Constantiæ, anno post natum Christum millesimo trecentesimo nono. Præcipue autem ipsis concessit, ut nulli principum nisi Cæsari obedirent, ad nullumq; iudicem, nisi præfectum à Cæsare ipsis ordinatum, uocarentur. Erant enim tum Austræ principes in locis finitimi potentissimi, qui subinde ea loca subigere, atque suæ ditioni coniungere studebant. Cum autem Heinricus Cæsar esset mortuus, atque per annum ferè interregnum esset in Imperio, nobiles finiti Heluetios lacessebant, atq; uarijs iniurijs afficiebant, qui etiam clàm ab Austriacis ducibus adiuti, ut tandem optimi uiri bonis suis exhausti, sua sponte proximis principibus sese subiacerent, atque contra nobilium proteruiam eorum auxilium implorarent. Accedebat etiam quod postea ab electoribus duo Cæsares essent constituti, Ludouicus quartus Bauarus, & Fridericus Austriaeus, quæ etiam occasio multorum tumultuum per totam Germaniam extitit. Itaq; præfecti Imperij apud Heluetios, qui omnia sua bona sub Austria ducibus haberent, Friderici partes sequebantur. Verum Heluetij cum intellexissent, maiorem partem Electorum in Ludouicum cōsensisse, eundem tanquam legitimè creatum Cæsarem receperunt, sperantes eum pro sua auctoritate Austriacos à ui prohibere, atque fideles Imperij subditos defendere posse.

Gesleri protervia. Erat eo tempore Gesslerus Imperij nomine præfector in Svitia et Vrania, is cum sentiret Paganos Ludouici auctoritatem sequi, atque aliquos sibi minus esse morigeros, magna arrogancia explorare eius rei authores cogitauit. Itaq;

Itaq pileum in publica uia Altorffensi baculo imposuit, atq eundem magna obseruantia coli præcepit, tanquam ipsem præsens astaret. Huic etiam loco custodes adhibuit, qui mandatum negligentes obseruarent. Cum itaq Vuilhelmus Tellus uir magnanimus preteriret, uile illud signum neglexit. eius rei cum admoneretur, respondit: Sese præfectū semper summa ueneratione exceptisse & coluisse, idqūe porrō facturum se esse: uerūm iniquum esse, ut homo Dei creatura abiectum pileum tanta ueneratione amplecteretur. Id cum Geslerus crudelis præfectus intellexisset, statim Vuilhelmum capi, atq ad se adduci iussit, sperans sese eius indicio quorundam coniurationem percipere posse. Verūm cum is negaret sese eius reis socios habere, alio modo eius animum tētare statuit. Conuocatis enim Vuilhelmi liberis, quæsiuit ex eo quem filiorum potissimum diligenter: Id cum is indicasset, puerum elegantis formæ ad palum ligari, atq pomū capitī imponi iussit. Postea patri mandauit, ut centum & uiginti passus à puero constitutus, pomum illud telo peteret. quod si tangeret, mitius se cum illo acturum: sin uero erraret, extremum supplicium expectandum. Vuilhelmus rei atrocitate commotus sese excusare, atq aliam poenam præscribi petiit. Verūm surdo narrabat fabulam. Itaq cum arcus allatus esset, cum quo miro artificio saepius scopum tangere cōsueuerat, sese huic negotio accinxit, atq filio consolato, diuinaq; ope implorata magna omniū admiratione pomum tetigit, atq à filij capite telo amouit.

Dum sese autem huic operi accommodarat, alteram sagittam à tergo iuxta Telli peritiae sagittandi.  
ceruicem thoraci applicuerat. Eius rei causam præfectus sciscitatus, Vuilhelmus respōdit, sese id pro more sagittariorum fecisse, qui inter sagittandū duo sempertela parata haberent, quo uno fracto aut læso, altero uteretur. Verūm præfectus acrius instabat, atq ut ueritatem extorqueret, libertatem ei est pollicitus. Itaq Vuilhelmus ingenuè dixit, si forte filium sagitta interfecisset, sese altera ipsum præfectum immania hæc imperantem petiturum fuisse. Ea confessione præfectus ira accensus inferebat: sese quidem ei uitam pollicitum, uerūm perpetuo carcere ipsum puniturum. Itaq catherinis uincitum subito nauis inferri iussit, ut secundum lacum Lucernam uersus descendens, eum in munitionem custodiam deportaret. Cum autem in lacu incederent, Dei prouidentia factum, ut subito maxima tempestas oriretur, & procellæ nauem impeterent, adeò ut præfectus cum suis in magno periculo esset. Tum satellites Geslerum hortari coeperūt, ut Tellum uinculis solueret, atq ad remos ordinaret, esse enim eum uirum fortē, atq nauticæ artis peritissimum, qui facile nauem regere, atq ad ripam deducere possit. Hac ratione Vuilhelmus reuinctus nauem gubernauit, atq magna dexteritate deduxit. cum autem nō procul à littore ingētem saxum in ipso lacu nouisset, uersus eum locum celeriter nauem direxit. eò cum uenisset, subito arcum suum arripuit, atq in eum saxum proslīt, altero pedum nauem magna ui in lacum (locus is etiamnum Tellī patina dicitur) repellens. Tum autem præfectus eum inclamasse fertur, sese id scelus grauiter puniturum, atq Vuilhelmum cum tota familia extirpaturum. Itaq Vuilhelmus cum sese ad ripam contulisset, ipsius præfecti iter sedulō obseruavit. Cum ergo is quoq; ripam attigisset, atque in uia caua & profunda uersus Vraniam equitaret, Tellus intenso arcu eum supra Kissnach expectauit, atque prætereuntem sagitta transuerberauit, ut equo lapsus eo statim in loco animam ageret.

Postea statim sese Vraniam contulit, atq ut res acta esset omnibus significauit. Tum demum bono animo esse iussus, uarias querelas passim cōtra præfectorum & nobilium tyrannidem propositas audiuit. Itaq Tellus cum alijs quibusdam sua consilia conferens, Anno 1314 clām fœdus Helueticum inīt, quod paulatim auctum, & eodem anno publico trium pagorum consensu re-

Aa 2 ceptum

HEINRICI PANTALEONIS DE VIRIS

312

Anno salu- ceptum fuit. Itaq; incolæ eius loci se magno animo coniungentes, nobiles ex tota illa ditione expulerūt, arces eorum funditus destruxerunt, atq; se & patriam in libertatem uendicarunt, quam etiam unā cum sua posteritate Tel- li auspicij contra nobiles & príncipes magna gloria inuiolatam ad hodiernū diem usq; conseruarunt. Stumpf, lib. 4. Heluet. cap. 53.

1312.

IOHANNES EPISCOPVS ARGENTINENSIS.

1314



Iohannes ex tenuis fortunæ parentibus natu sruit. Cum autem ipse fœlici ingenio præditus es-  
set, naturali quodam instinctu literis operam de-  
dit, atq; in uirum doctissimum erasit. Itaq; Alber-  
tus Cæsar Rodolphi filius eum suum cäcellarium  
constituit, atq; res grauissimas ei commisit, quas  
summa dexteritate optimè peregit. Vnde Cæsaris  
beneficio apud Tigurinos præpositus Maioris tē-  
pli constitutus fuit. Cum autem postea Conradus  
præsul Eystetensis mortuus esset, omnium cōsen-  
tiū eius loci Episcopus electus est. Eam ecclesiam  
summa pietate & animi moderatiōe gubernauit,  
atq; suo exemplo clerum in officio continuit. Ita-  
que pontifex eius fama permotus, Cæsaris intercessione, anno millesimo tre-  
centesimo septimo eum ob uirtutes Argentinēsem præsulem ordinavit, atq; Philippum ei successorem in Eystetensi Episcopatu dedit. Cum hoc modo lo-  
hannes ad maximos honores electus fuisset, primò eius collegi Canonicos,  
qui ob priorem electionem discordabant, benignè composuit, atq; ad cōcor-  
diam redigit. Deinde ea quæ necessaria ibi erant instituit, atq; sua eruditione  
& pietate ubiq; sibi maximum nomen comparauit. scripsit enim libros pluri-  
mos, qui adhuc ibi extant, donec tandem anno 22 Episcopatus uiam uniuersi  
carnis ingressus, & in Molsheim sepultus est. Anon.

VVERNHERVS STAUFFACHER SVITENSIS.

1315



V Vernherus ex bona familia apud Suitenses  
Heluetiæ pagum natus fuit. Itaq; cum multis  
uirtutibus esset prædictus, apud suos in magna au-  
thoritate & existimatione extitit. Cum autem eo  
tempore Vranienses, Suitenses, & Vnderualde-  
ses Fridericum Austriacum repudiarent, atq; Lu-  
douicum Cæarem, qui pluribus suffragijs electus  
erat, reciperet, à Friderici præfectis & finitima no-  
bilitate uarijs modis afflicti fuerūt. Illi enim partes  
Austriacas fouebant, atq; à Friderico subsidia sem-  
per accipiebant. Itaq; præfecti illi suam tyrannidē  
mirum in modum paſſim exercuerunt, ut eius lo-  
ci incolas ad Friderici obedientiam perducerent,  
aut omnino Imperio abstractos Austriacis subjiceret. Erat tum Geslerus Im-  
perij nomine Vraniæ & Suitiæ præfetus, qui liberos homines mirum in mo-  
dum exagitauit, id quod prius in Vuilhelmo Tello declaratum fuit. Cum is  
Geslerus Suitiam uenisset, atq; ibidem Stauffacherus domum edificaret, ho-  
rendo aspectu præfetus eum intuitus, quæsiuit, cuius nam domus illa noua  
esset: huic is placide respondit, Est dominii mei præfeti, atq; ego eam à domi-  
no meo feudario iure recipiam. Ea responsione Geslerus cōtentus, aliam oc-  
casione captare desiderabat, ut Stauffacherū grauiter puniret, aut ē medio  
penitus